



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De aduocato fiscali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

SECUNDVS.

91

Et vt Salo. citato loco scribit, Fratres hominis pauperis ode-  
runt eum, in super & amici procul recesserunt ab eo. Non in  
merito conquirebatur Ouid. lib. 3. de Arte.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.

Et idem in 1. Fastorum.

In precio precium nunc est, dat census honores,

Census amicitias, pauper vbiq; iacet.

Ampl. Etendum est ergo à cunctis principibus murus hoc pijs-  
simum, vt eorum in ciuitatibus illud pro pauperum defensi-  
one constituent: ad quod \* Atheniensium institutum illud  
pertinere videtur, ab Aristotele monumentis traditum. Qui  
singulis annis aduocatos publicos decem sorte constituere  
consueuerant, qui de latos criminis defenderent. Nico. Anto.  
Grauatius.

De Aduocato fiscali.

C A P. VIII.

SUMMARIVM.

- 1 Aduocati fiscali officium.
- 2 Aduocatus fisci primò annalis erat.
- 3 Aduocatus fisci comes appellari potest, & quoscun-  
que precedit aduocatos.
- 4 Procuratoris fisci munus nobile est, & simplices  
aduocatos precedit.

**S**equitur alter aduocatus, a qui partes fisci  
tueri solet, cum ipsa audientia, tum etiam  
extra apud alios Romanæ curiæ iudices, ad  
quos vbi opus est pro parte fisci de iure respon-  
det, is vtrique est eiusdem consistorialis ordi-  
nis.

ANNOTATIONES.

Qui partes fisci.) Aduocatum \* fisci ab Adriano Im-  
pera-

- 2 peratore primum institutum fuisse tradidit Bud. eius in An-  
 3 notationibus in Pandectas, tit. de officio Qu. estoris, & me-  
 4 minit Vestrius sequenti capite. Et hoc \*patrocinijs fiscali-  
 5 munus olim annale erat. l. cum aduocato. C. de aduoc. diuersi.  
 iudi. Quod deinde ad biennium prorogatum fuit. l. sancimus  
 ij eod. tit. Verum hodie perpetuum est. Et hoc quidem offi-  
 cium magne auctoritatis, dignitatisque est, adeo, qui illud  
 exercet, ut comes appellari queat, l. i. eo, quem citauimus in  
 titulo. Et quoscunque ob eius nominis excellentiam aduoca-  
 tos etiam antiquiores precedit. Nam ex tituli claritate factu-  
 le primus quisque tenebit, si Ioanni Imolensi, Angeloque  
 credimus in l. qui soluendo ff. de hered. instit. Necnon et  
 Archidiacono in c. quoniam, 16. dist. eo in loco, cum de Syno-  
 do loquitur. Quinimò \* Procurator fisci aduocatos (si modum  
 aliam non haberent dignitatem) precedit, cum ipse appella-  
 ri aduocatus possit, ut pulchrè Glossator tradidit in l. non in-  
 telligitur. §. vitim. in verbo. restituantur, ff. de iure fisci. Cu-  
 ius officium nobile est, & si procuratorum secundum regu-  
 lam vile sit munus, ut latius ab Iafone explicatur in rubric.  
 C. de procur. Ioanne Platea in l. vniuersos, ff. de decurioni-  
 bus, lib. 10. Rebuffo in l. si quis procurationem, eo. titu. atque  
 Bono Curiale in tract. Nobilitatis, in 3 part. num. 142. Nic-  
 Anto. Grauius.

De procuratore fisci, ac eius officio.

C A P. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Confiscari quid sit.
- 2 Aduocati fiscali munus.
- 3 Procuratoris fisci officium.

2 **P**ost aduocatum locum habet in audientia  
 a procurator fisci, qui fiscales causas in ip-  
 sa camerale audientia, & apud alios Rom.  
 Cu. iudices ex facto instituit, agitque vel defen-  
 dit. Fiscales autem causæ sunt, vbi de publica  
 pecu-